Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

vultus oris eius: oculos aperuit. et plasmavit.
et deinde ut non videat eis ex virtute tre
ce caritatio: iussit lavari. Unde sequitur. Et
dixit ei. Vade et lava in natatoria syloe. quod inter
pretatur missus. Ut discas quia non indi
geo luto ad faciendos oculos. et quia in sy
loe erat virtus Christi que omnia operatur. Propter
hoc et interpretationem nobis evangelista adiecit
dicens. quod interpretatur missus. Ut discat
quod et illic Christus eum curavit. Sicut enim
apostolus dicit. quod petra erat Christus: ita et syloe
spiritualis erat. Cuius repentinus aque de
fluxus occulte insinuat nobis Christi mani
festationem preter omnem spem. Sed quare non
statim eum fecit lavari: sed ad syloe misit:
ut destruatur iudeorum indevotio. Conveniens
enim erat omnes eum videre euntem: et
lutum super oculos habentem. Et volens ostendere:
quoniam non alienus est a lege et veteri testamento:
mittit eum ad syloe. Non autem erat timen
dum ne syloe sumeret hanc gloriam. Multi
enim lavantes ibi oculos: nullo tali bene
ficio sunt potiti. Et iterum ut discas ceci fi
dem quoniam non contradixit ne cogitavit apud
se ipsum. Lutum solet magis excecare. et tot
tociens lavi in syloe et in nullo sum adiu
tus. Sed quam virtutem habet. presens magis cu
riosus: sed simpliciter obedivit. Unde sequitur.
Abiit ergo et lavit et venit videns. Sic ergo
manifestavit suam gloriam. Non enim parva
gloria est hec: ut estimetur auctor creationis. Ea
enim que de maiori est fides: quod minus est
certificat. In universa autem creatione honora
bilior est homo. Eorum autem que in nobis sunt
membrorum: honorabilior est oculus. Hic enim omne
corpus gubernat. hic ornat visum: et quod sol
est in orbe terrarum: hic est oculus in corpore. Unde super
iorem locum sortitur. sicut in quodam re
gali loco collocatur. Theophilus. Quidam tamen
dicunt quod lutum non fuit depositum: sed in
oculos est conversum. Beda. Mistice autem postquam
expressus est de cordibus vitiorum: mox transit

ad gentilium populum. Petere autem eius uniter
facere est de celis in terram descendere. Itaque vi
dit cecum: cum misertus respexit genus huma
num. Aug. Genus enim humanum est iste
cecus. Hec enim cecitas contingit in primo homine
per peccatum. de quo omnes originem traduximus.
Cecus est ergo a nativitate. Spuit dominus in terram.
de saliva sua lutum fecit: quia verbum ca
ro factum est. et inunxit oculos ceci. Inunctus
erat. et nondum videbat. Quem enim inunx
it: forte cathecuminum fecit. Mittit illum
ad piscinam que vocatur syloe. quia bap
tizatus est in Christo. et tunc eum illuminavit.
Pertinuit autem ad evangelistam. ut commendaret
nobis nomen huius piscine. et ait. Quod interpretatur
missus. enim ille fuisset missus: nemo nostrum esset
ab iniquitate dimissus. Greg. Vel aliter. Per viij mor.
salivam: sapor intime contemplationis ac
cipitur. que ad os a capite defluit: quia
de claritate conditoris adhuc in hac vita nos
positos gustu revelationis tangit. Unde dominus
salivam luto miscuit: et ceci nati oculos re
parat. quia superna gratia carnalem cogitatio
nem nostram: per admixtionem sue contempla
tionis irradiat. et ab originali cecitate homi
nem ad quem intellectum reformat. Crisostomus.

Itaque vici
ni et qui
viderunt eum
prius quia
mendicus er
at: dicebant.
Nonne hic
est qui sedebat

Inopinabilitas fac
ti miraculi incredu
litatem inducebat.
Et iam dicitur. Itaque vici
ni et qui viderunt eum
prius quia mendicus erat.
dicebant. Nonne hic est qui
sedebat et mendicabat:
Mirabilis dei clementia
a quo descendebat.
Eos quin mendica
bant cum multa
devotione curabat.
Et hinc vitiorum os
obstruens. quoniam non
preclaros. vel insignes.